

5. Quā in parte phreneticum quid miseri patiuntur mortales: ut quē admodum phrenetici, morti licet quām proximē vicini, sanos tamen sc̄e existimant: Sic hi, nisi hæreditariæ hujus luis atrocitatem subinde in animum revocent, etiamnum sc̄e sanos jactitare audeant, morbum q̄ hunc suum certè deploratiſſimum non agnoscant, nedum de remedio cogitent.

6. Passum est confessionis nostræ prototypon, in hoc articulo censoriam virgulam, quæ et si quoad sensū & veritatem partis primæ Θετικῆς nihil immutavit: tamen partim Adversarij ausam occasionem q̄ præbuit, nobis Inconstantia in fide crimen imputandi: uti videre est ex animadversione Fabritij ad hunc Articulum, pag. 15. partim vero in ὀντι θεσμού πλανητῶν aliquid occultasse videtur; id quo infra in secundâ hujus disputationis parte ostendemus.

7. Archetypi ergo simplicitate acquiescentes, utramque ejus partem, Θεσμὸν nimirūm & ὀντιθεσμὸν ad trutinam verbi divini appendemus.

Pars I. Articuli II.

ΘΕΤΙΚΗ.

8. Θεσμὸν Articuli hujus duabus primarijs questionibus commodè absolvī & expediri posse arbitra-

K tra-